



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacmentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Quando differenda restitutio. n. 477.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

*potior jure*: ergo prior Creditor præferendus  
tempore posteriori.

¶. Hinc Regulam solummodo valere in  
Creditoribus realibus, & habentibus hypothe-  
cam in eandem rem, non vero in Creditoribus  
pure personalibus. Sed

Replicabis: Hæc regula etiam valet in spon-  
salibus. Nam sponsalia priora præferuntur  
posterioribus: ergo non tantum de Creditor-  
bus realibus intelligenda est. ¶. Neg. Conse-  
Tum quia in sponsalibus est debitum reale (ibi  
enim persona promissa pro re accipitar) cum  
etiam, quia quando eadem indivisibilis res plu-  
ribus promittitur, sine dubio ille prius jus ha-  
bet, cui prius promittitur, ut sit in sponsalibus  
hoc autem non sit in debitibus personalibus: Ig-  
tur, &c,

### CONFERTIA. L.

#### De Differenda Restitutione.

Circa hunc Titulum ponit *Scotus* 4. *disp. 15.*

477. *q. 2. a. 4.* Regulam universalem. Quo-  
tiescumque Dominus, seu editor rationabili-  
ter contentus esse debet, quod restitutio diffe-  
ratur, vel omittatur, poterit differri, vel omit-  
ti, licet ille re ipsa invitus sit. Quæritur ergo,  
an ea universaliter vera sit.

RESOLUTIO prima: Restitutio licet dif-  
fertur. I. Quando debtor inculpabiliter igno-  
rat, rem esse alienam aut obnoxiam restitu-  
ti, usquedum incipiat dubitare. Patet ex ter-  
mi-

minis. II. Quando debitor non habet, unde solvat, quia impossibilium nulla est obligatio. III. Quando debitor non potest restituere, nisi cum animae, corporis, famae, libertatis, status jūste acquisiti, aut bonorum temporalium majorijs iusta, vel damno graviori, quam sit commodum ex restituzione domino proventurum. Ratio est: quia in his omnibus creditor sanas mentis non potest esse rationabiliter invitus differri sibi restituōne n*on*: siquidem ratio naturalis dictat, bona inferioris ordinis, aut certe minorā, cedere debere bonis ordinis altioris & longè majoribus. IV. Denique quando restitutio statim facienda cederet in damnum creditoris, tertij, Reipubl. ob eandem rationem. Unde pro particulari sit.

RESOLUTIO secunda: quando debitor solitus debitū lapsurus est in desperationem, aut sustentationem mediis illicitis quæsiurus, uxor & filiae præ inopia se prostitutare, filii larrones futuri &c. potest licitissimè differe restitutio- nem. Item, si homo nobilis, dimisso omnī fa- mulitio, divendita omni sepulture ac domo, deberet alijs servire, artem mechanicam exer- cere, mendicare &c.

RESOLUTIO tertia: Secus dicendum, quan- do debitor statum suum inique comparavit, v.g. mercator nobilem, per fraudes, dolos, usuras, furta, rapinas, &c. Tali enim non manet de obligatus à restituzione maturanda, etiam cum

478.

479.